



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1858**

CLXXXVIII. Markgraf Ludwig macht der Stadt Stendal bekannt, daß er die ganze Mark Brandenburg, die Lausitz, die Altmark und das Land über Oder seinen Brüdern Ludwig dem Römer und Otto abgetreten ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54890](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54890)

dritleyn hundert iar, dar na in dem eyn vnd festigstem iare, des Donrftages an sent katherinen auende.

Nach dem Originale des Stendalschen Rathsarhives No. 97.

CLXXXVIII. Markgraf Ludwig macht der Stadt Stendal bekannt, daß er die ganze Mark Brandenburg, die Lausitz, die Altmark und das Land über Oder seinen Brüdern Ludwig dem Römer und Otto abgetreten habe, denen er zu hulldigen auffordert, am 24. Dezember 1351.

Ludowicus, dei gratia Brandenburgensis et Lusatie Marchio, Sacri Romani Imperii Archicamerarius, Comes Palatinus Rheni, Bauarie et Karinthie Dux, Tirolis et Goritie Comes, nec non Aquilegiensis, Tridentinensis et Brixinensis Ecclesiarum Aduocatus, Prudentibus viris. . . Consulibus et toti Communitati in Stendal, fidelibus suis dilectis, gratiam suam et omne bonum. De eo, quod cum omni fidelitatis promptitudine nobis hactenus adhefistis, vobis gratiarum referimus multimodas acciones. Cum igitur nunc mediante consilio nostrorum sapientum super terris ac principatibus nostris et Illustrium fratrum nostrorum dilectorum, domini Ludowici Romani et Ottonis, Marchionum Brandenburgensium, talis ordinacio interuenerit, quod ipsi totam Marchiam Brandenburgensem, Lusatiam, antiquam Marchiam ac totam terram transfoderam hereditarie debebunt optinere omni jure, dominio et mandato quocunque, que nobis et nostris heredibus hucusque in ipsa Marchia et terra Lusatie, antiqua Marchia et terra transfoderam competebant, unde renuntiamus sollempniter per presentes, sponte, libere, pure et simpliciter, omni iuri et dominio, quod ad nos in dicta Marchia et terra Lusatie et predictis terris pertinebat, dummodo ipsis fratribus nostris predictis et eorum heredibus, ut moris est, iuramenta fidelitatis et subjectionis prestetis, quod fieri per fidelitatem vestram seriosissime requirimus et mandamus; et dumprimum id feceritis, vos de omnibus iuramentis nobis et heredibus nostris per uos prestitis, obedientia, subjectione et promissis nobis factis uos liberos presentibus dicimus et solutos. Sed si, quod deus auertat, dicti fratres nostri carnis debitum perfoluerint, heredibus non relictis, extunc, non obstante renuncciacione predicta, nobis proinde omnia iura, obedientias, subiectiones et iuramenta priora et priores, quibus nobis prius alstricti et obligati fuistis, libere referuamus, ac si ipsa renuncciacione nunquam concepta vel facta fuisset, nichil omnino juris nobis aut heredibus nostris, quam ut in proxima clausula premititur referuantes presentium testimonio litterarum. Presentibus Nobilibus viris Gunthero Comite Juniore de Swartzburgh, Johanne de Buch, domino in Garfedow, Johanne, domino in Kothebus, Strenuisque viris Fridenrico de Lochen, Buffone de Aluensleuen, Fritzone de Wederden, Petro de Breydow, Johanne de Rochow, Betkyno de Ost, Thiderico de Zickow, militibus, Wernhero de Schulenborch, Hennyngo de Blankenborch, Ottone Morner et Alhardo Ror cum multis fide dignis. Datum Luckow, Anno domini Millesimo Tricentesimo Quinquagesimo primo, in vigilia Natiuitatis Christi.

Nach dem Originale des Stendalschen Rathsarhives No. 99.